

Stephanus Galdeti

*De minutione caritatis per
veniale, an sit possibilis*

Editor: Alexander Baumgarten

work in progress
20.03.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

Positio ponens quod sit possibile qualitatem aliquam ab aliquo agente
diminui. Primo secundum aliquam partem et ab alio equali, secundo
non equaliter, sed proportionaliter, videlicet ad quatuor proposita. Ad
5 propositum de caritate diminuibili per venialia, si hoc detur de pena
eterna diminuibili per opera bona moraliter, de abilitate ad bonum
per peccatum, de formidine oppinionis per rationes probabiles ac forte
ad multa consimilia, de* Deo si posset sustineri bonum ecclesie. Sed
contra ipsam in secunda materia arguit YBERNICUS in primo suo circa
10 principium contra HOSTIENSSEM multum fortiter.

Quod peccatum veniale non diminuat proportionaliter caritatem,
quia infinita venialia non auferent illam. Sed contra, quia facerent
dignum pena eterna. Item, quia tunc per peccatum veniale minueretur
dignitas glorie eterne, et per consequens per peccatum est homo dignus
15 privari aliqua parte glorie sue, sic pro medietate, igitur. Secundo, erit
dignus privari reliquo supposito quod sit tantum, quia debent equaliter
puniri. Tertio, item secundum est tantum sicut primum, igitur eque
malum, igitur eque malus fit per secundum sicut per primum, igitur
in duplo peior, igitur in duplo minus bonus, igitur in duplo minus
20 de bonitate ut igitur tantum perdit de bonitate, igitur tantum de
caritate vel tantum acquirit de malitia per secundum, igitur tantum
perdit de bonitate, igitur tantum de caritate. Item infinita auferent,
ut suppono ex prima ratione, sed aliquod veniale equivalet infinitis
venialibus, quia alterius rationis et alterius rationis malitie ad quam,
25 si infinita multiplicerentur, non possunt pervenire, quia neque unum
illorum in infinitum incessum posset esse ita magnum sicut alterum
illorum. Item si ageret naturaliter peccatum veniale in gratiam secundum
corruptionem tantum, sicut primum notum est in aliis agentibus ut in
qualitatibus, sed ita est nunc ymaginandum. Item iuxta quoddam supra
30 tactum duplata malitia duplo minuitur bonitas vel quantum adducitur
de malitia tantum removetur de bonitate, quia alias aucta malitia ad
summum staret. Aliqua bonitas, ut videtur sequi, et multa alia possunt
ymaginari, quia materia est augmentabilis multum.

2 possibile] p. c. P1 3 diminui primo] diminui* a. c. sup. lin. P1 secundo]
p. c. P1 4 equaliter] p. c. P1 quatuor] p. c. P1 5 caritate] p. c. P1
diminuibili] sup. lin. P1 si — detur] sup. lin. P1 11 veniale] sup. lin. P1
14 dignitas] pena add. sed del. P1 17 tertio] sup. lin. P1 20 ut] sup. lin.
P1 tantum²] de bonitate add. sed del. P1 30–31 adducitur — tantum]
sup. lin. P1

Quia dicitur in VIII innixa super dilectum potest querere an Deus sit
 summum dilectum anime rationalis, quia dicitur ibidem aque multe non
 potuerent extinguere caritatem. Utrum expediat in homine quacumque
 caritate extinguit verte folium precedens. Quia dicitur in VII *quam*
 5 *pulcri sunt gressus tui* et sepe dictum esse de sponsa quam pulcra etc.
 utrum possit vitare omne peccatum. Vertatur folium istud cum pagina
 precedente.

1 in VIII] *sup. lin. P1* 2 rationalis] *a add. in marg. P1* 4 extinguit]
 b *add. P1* verte] *p. c. sup. lin. P1* 7 precedente] *c add. P1*